



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie**

**Albertus <Magnus, Heiliger>**

**Colonie, 1502**

**VD16 A 1357**

De sufficie[n]tia sacrame[n]to[rum]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

## De castitate fo. lx.

tualiter et inter omnia referre ad deum habitualiter. medium est referre actualiter omnia ad deum cum primum pertinet ad statum prophetis. secundum ad statum viatoris. igitur medium ad statum medium. hic autem est status beatissime virginis. igitur omnia opera sua in deum reuertit actualiter. et hoc est recte uti licet in summo. igitur ipsa sola habuit in summo fructum castitatis. patet igitur quod ipsa habuit omnes fructus spiritus in summo.

¶ Nec autem concedimus omnia et credimus esse vera. sicut ex veris et probabilibus per ordinem sunt probata. Ad expressiorem tamen predictorum intelligentiam. et ad videndum gratuitorum perfectionis differentiam quam in plenitudine gratie beatissime virginis omniphariam disputamus esse comprehensam. Nota quod gratuita perfectio potest comparari ad duo. ad illud in quo est ut in subiecto. vel ad illud ad quod est vel ad quod ordinat ut ad actum obiectum vel finem. Secundum comparationem quam habet ad illud in quo est summus fructus. perfectio enim gratuita delectat proprium subiectum et reficit ipsum. et secundum hoc appellatur fructus. Comparatio autem ad id ad quod est vel ad quod ordinat potest esse duobus modis potest enim esse illa comparatio vel secundum statum vel secundum actum. Si secundum statum sic sunt beatitudines que determinant statum perfectum secundum perfectionem gratuitam per modum vite. et est determinatio status per effectus completissimos et excellentissimos vite. ut est omnia relinquere. sua et aliorum peccata deffere et animam pro proximo ponere. et horum similia. Si autem illa sunt secundum actum hoc potest esse dupliciter. potest enim perfectio esse gratuita quantum ad actus primos primo in agere gratuito proficietes. vel quantum ad actus secundos. secundo quo ad consequentes actus et excellentes proficietes. Si secundo modo sic sunt dona. Si primo modo hoc potest esse dupliciter. quia primo ista perfectio in esse gratuito potest esse liberando a malo et sanando vel ad bonum ordinando primo modo sunt gratie sacramentales. secundo modo virtutes.

¶ Sufficiencia autem horum sacramentorum hec est. Cum enim sacramentum sit medicina contra lesionem a malo. Aut est se patium membrorum indigentiam secundum se singulatim vel in corpore ecclesie. Si secundum quod in corpore sic dividitur duobus modis. Aut ad multiplicationem fidelium carnalem. et sic est matrimonium. vel spirituale sic est ordo. Si autem est contra indigentiam membrorum secundum se ista quadruplex erit. prima est defectus originalis iusticie per originale culpam. secundo ex illo sequitur pronitas ad peccatum ad quam tertio sequitur actuale peccatum. post quod quarto sequitur infirmitas ad remediandum. Contra primum defectum ordinatur baptismus. Contra secundum confirmatio. Contra tertium penitentia. Contra quartum sacramentum eucharistie. post hec est quedam penalitas que non tollit omnino ut quedam infirmitas ex parte corporis in infirmitas venialis peccati ex parte anime. Contra hanc ordinatur extrema unctio.

¶ Sufficiencia virtutum sumitur hoc modo. Virtutum quedam immediate sunt in deum. quedam mediate. immediate autem virtutes

RS  
Dna perfectio  
gratiorum

Comparatio.

gratua perfectio.

Sufficiencia  
sacramentorum.

B.

Sufficiencia  
virtutum